

Heinrich Dringenberg

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Phil  
Moralis Profess. ac Facultatis suae hodie Decanus, ad meditandam serio  
Dominicam Passionem, & fugienda nimiopere impia Bacchanaliorum Ludicra,  
Cives suos Academicos, Studiosam vero cumprimis Iuventutem serio  
paterneq[ue] adhortatur**

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735661227>

Druck Freier  Zugang



*477*  
*770*  
*Confer. 96.*  
*Arum 103*  
PROGRAMMA,  
<sup>2<sup>vo</sup></sup>  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTO-  
CHIENSIS  
HINRICUS *Dringenberg*  
Phil. Moralis Profess. ac Facultatis suæ hodiè  
DECANUS,  
ad meditandam seriò  
DOMINICAM PASSIONEM,  
& fugienda nimio perè impia  
BACCHANA-  
LIORUM LU-  
DICRA,  
CIVES suos ACADEMICOS,  
STUDIOSAM verò cum primis  
JUVENTUTEM seriò pater-  
neq; adhortatur.

*05):(0):(50*  
R O S T O C H I,  
Typis JOHANNIS KILII, Ac. Typogr. clb lœcLXV.

*R.U. - Progr. 1665/9*



Ariè varia versamus, ac mente subindè agitamus homines. Suntq; perfectò sic admodum multa, circa quæ occupari aut cogitatione ferri animos mortalium, grande utique operæ sit precium. Cœterum nulla prorsus vel diviniore est vel salubrior meditatio, quàm quæ patienti morienti q; CHRISTO impenditur. Hujus respectu quævis alia, quantumvis arduarum, maximèq; cæteroqvi sublimium rerum consideratio, circa tamen crepundia quasi aut quisquillas hæere jure meritoq; existimabitur. Et quidem sacratissimarum isto meditationum, quibus unicè salus nostra ac incolumitas nititur, officio defungendum semper omninò est; præcipuè tamen hoc Anni tempore, quod inprimis isti negotio pia Antiquitas destinavit, utpotè ipsum idem, quo per necem SOSPITATORIS parva Orbi terrarum Vita est. Utq; quàm maximè seriò tam acerbam passionem, tamq; diram mortem agitaremus, deq; peccatis nostris, propter quæ DOMINUM nostrum tantos sustinere cruciatus oportuit, doleremus, & declinandi in posterum commodissimam rationem iniremus, voluerunt Majores nostri, prisci Christiani, & primæ Ecclesiæ Antistites, nos per hosce ipsos, totiusq; omninò *Quadragesimæ* dies, non modò sobriè & luxus, come-  
mes-

comestationum, crapulæq; expertes vivere (quomodo cæteroqui vivendum est semper) sed sumtionem cibi ultra sveram horam differre, & per integrum diem solâ frugali Cœnâ (nisi fors corporis aut operis nonnullorum ratio evidenter & necessariò aliud exigeret) contentos esse, atq; adeò corpus jejuniis tenere, uti mens liberior eò puriorq; ad DEUM ferretur. Enimverò intellectum antiquis Patribus, Ecclesiarumq; Rectoribus est, sanctiori nulli curæ, minimè verò isti, de quâ diximus, meditationi vacare posse, qui plus assumerent cibi, quàm esurientes caperent, plusq; biberent, quàm pudicis utile esse videretur. Nam cùm distenderetur crapulâ corpus, opprimi Spiritum, & velut brutescere animam, adq; superna & cœlestia erigere sese, tanquam sarcinâ aliquâ gravatam, minimè posse. Appositè eleganterq; *Synesius*: *ὅταν ἐντροφῆν* *ἄνωγει καὶ ἄσχετον, ἀποσπείφει ψυχὴν καὶ φρόνησιν.* Optimè etiam

*Prudentius*: *Parcis victibus expedita corda*

*Infusum melius DEUM receiptant;*

*Hic pastus animæ est cibusq; verus.*

Ipsi profectò Gentiles, uti præclari quid vel agerent, vel medirarentur, abstinentiæ cum primis studebant, & animam *siccam* optimam statuebant esse, atque sapientissimam. Cæterùm in alia omnia discessum hodiè est, factitatumq; adeò sive per ævi sequioris malitiam, sive per, nescio, quas non technas artesq; nequissimi, CHRISTO q; nostro contrarii semper Spiritus, uti nunquam magis luxuria omnisq; generis lasciviæ, quàm nunc, ferveant. Ita n. à multis potatur dies ac noctes,

ctes, ita ludo jocoq; indulgetur, ac si vel ipsis Gentibus (sanioribus certè) detestata *Bacchanaliorum* festa celebranda, non v. redemptionis nostræ mysterium recolendum jam ante omnia, considerandumq; paullo curatiùs foret. Non temerè Thrax, aut Schyta aliquis induratur<sup>9</sup> in ea sit animum, quæ committi hodiè in medio Christianismo, adeoq; patrari ab iis videas, à quibus nefas ac flagitium omne oportebat esse quàm alienissimum. Mirari subit, per ipsas etiam Academias malum tam monstrosum ita serpere, uti nunquam magis libidini, impietati, comestationibus, rixis, duellis ac dimicationibus operari, quam hoc tempore, **STU- DIOSA JUVENTUS** soleat; non secus ac si in officinis non honestatis ac studiorum, sed intemperantiæ atque nequitia; non communiõne doctorum Virorum, sed colluvione Cyclo- pum Gigantumvè versarentur. Adeo scilicet nullum non vitium in se continent, exerceri his potissimùm diebus (vera, *Bacchanalia*, uti crimen vitiumq; omne supergrediantur, certumq; sit, vivere ea, adeoq; pompas ac ludicra per temulentiam atque lasciviam instituere, rem detestandam fugiendamq; penitus Christiano esse. Nam sive scruteris initia atque originem, sive ipsam, ut sic loquamur, substantiam rei consideres, omnia plus quàm gentilia, omnia im- pia ac diabolica reperias. At verò nil commune Chri- stiano cum profanissimis Gentium; nil commercii **CHRISTO** cum Belial est: Aut igitur desinenda sunt *Bacchanalia*, aut de Civitate **CHRISTI** exeundum. Ne- mo temerè duobus Dominis serviat. Et fieri prorsus  
nequit,

nequit, ut unus idemq; homo & CHRISTO & Satanæ diceretur. Si Diaboli secuturus es institutum ac regulam, CHRISTO valedicas oportet; si CHRISTO te traditurus, Satanæ fugienda sunt opera. Et quis non Diaboli opus esse censeat, bellum pietati indicare, pudorem decoquere, profligare honestatem, lasciviæ, nequitia, temulentia, levitati permittere omnia! Inspice *Bacchanalia*; jurare habeas, non aliter constare. At longè aliud Sacramentum CHRISTI inculcat; quod assiduè nos de sobrietate, sanctimoniâ, pudore & disciplinâ admonet. Igitur esse CHRISTI discipulus nemo potest, nisi qui *Bacchanalia*, proscenia omnis turpitudinis, ejuret. Nam *faciem fictam gestare, mentiri effigiem, assumere quod datum non est, à Diabolo Magistro discitur. Neque enim alius mutare ostendit corpus, quàm qui malitiâ transfiguravit hominis Spiritum. Quod nascitur, DE est: quod fingitur & interpolatur, Diaboli est negocium*: scriptitatum parili, quâ nos hæc commentamur, occasione, eximio cuidam clarissimoq; est VIRO. Viderint itaque quid responsuri DEO sint Opifici, tam impii ritus consecranei, quod fabricam ejus dissimulent atque divino operi, prudentissimum Conditorem velut redarguentes, ingenia Satanæ superinducant. *Nihilnè pertinere, pergit Vir idem, quem jamjam innuebamus, præstantissimus, ad se existinant, quod apud Moysen DOMINUS intonat: NON INDUETUR MULIER VESTE VIRILI; NEC VIR UTETUR FÆMINEA; ABOMINABILIS ENIM APUD EUM EST, QUI HÆC FACIT.* Memorant

morant testanturq; Romanorum historiae, postquam  
foedissimi Bacchanaliorum ritus, deferente quodam  
**EBUTIO** adolescente, detecti fuissent, **SENATUM**  
in *Mystras & Symmystras* impij sacri severè animadver-  
tisse, nec *quievisse scelerum vindices gladios ante,*  
*quàm radicitus malum omne amputaretur.* Lauda-  
bile profectò ac gloriosum facinus. Quod si igitur tur-  
pitudinem *Bacchantium* saniores Ethnici tanto dete-  
stati fuere opere, quantomagis eorundem impieta-  
tem homo Christianus & fugiet, & execrabitur! Cæ-  
terùm dolendum, inveniri vel in ipso Ecclesiæ gremio,  
qui excusare aut palliare conati, nescio cujus lætitiæ ac  
voluptatis instrumenta, hæc ludicra pomparum dicti-  
tent, atque idcirco citra impietatis culpam, usurpari  
posse caussentur. Proh nefas! Sanè enim si vel ma-  
ximè ita sit (quanquam longè aliud teneamus) tamen  
iis reservari temporibus debebant, quibus lætitiæ  
ac voluptati locus est. Nunc autem lascivire, indul-  
gere genio, gaudia carnis procurare, voluptatum res  
sectari, ubi **CONSERVATOR** Mortalium, non uti  
sibi confuleret, sed unicè nobis salutem acquireret &  
vitam, tot probra, tot contumelias, tot plagas ac vulnera, &  
mortem deniq; ipsam passus est; ea verò extrema scelerum  
atque impietatis linea fuerit. *Pudeat* (est apud veterum non  
neminem) *membra luxuriare, sub capite spinis coronato.* Iam si in  
publica fata intueamur, & afflictissimas variarum, nec adeò  
procul remotarum Gentium res nobiscum aliquantò dili-  
gentiùs commentemur, quid vel esse, vel videri queat incon-  
venientiùs, quàm ad hanc sive impietatem, sive vanitatem  
animum addere eo tempore, quo tot crudeles aliàs, & su-  
pra

pra omnes Tragœdiarum atrocitates, horrendi passim luduntur ludi. Quos cùm ita spectemus hactenus, uti metuamus assiduè, ne & ipsi protrahamur in scenam, & nobis nunc imponantur, quas alii sustinuerunt hucusque lugendi ejulandiq; partes; decebit utiq; magis cilicio corpus, quàm pictâ veste indui; squalere lacrimis faciem, quàm personâ turpari; precibus, lamentis, gemitibus, quàm choreis, canticis, jubilis indulgeri. Omnium autem maximè præcipuèq; novâ emendatâq; vitâ opuserit. Neque enim pœnas criminum licebit effugere, si non ipsa crimina fugerimus; aut temporum mutare statum, nisi nos ipsos mutaverimus antè. Questuum lacrimarumq; utcunque sua cæteroquî vis sit atque efficacia, nil tamen iis ipsis profecerimus sanè, nisi prostratus humi, suiq; pertæsus animus accesserit, qui & excretur errores veteres, & diligenter sibi de nobis caveat, ac in futurum ad eò nil nisi sobrium sanctumq; & volvat secum cogitans, & ipso deinceps opere sedulò exprimat. Quis enim pœnitentiæ fructus speret, ubi vera pœnitentia non est? porò ubi nulla est emendatio, pœnitentia ibi vera minimè fuit. Optimus proin errantibus hucusque nobis portus erit, mutatio consilii in melius, Ita demum irati Numinis pacem impetrabimus; ita instantium malorum tempestatem dispellemus. Quapropter agite, CIVES ACADEMICI, Vosq; præcipuè, JUVENES STUDIOSI, ita uti vitam instituatis, moresq; vestros conformetis, sicut decet, qui CHRISTUM Magistram ac Ducem, non verò Satanam sequuntur, qui ad nequitiam, ad libidines, ad intemperantiam invitât; quùm ille ALTER ad sobrietatem, ad sanctimoniam, ad innocentiam & puritatem vos vocet. Denuò monemus: recordamini quæ tempora sint, quæ rerum eeditio. Quare cùm maximè DEUS iis, quæ diximus, studiis, id est, emaculatiore vitâ, dein verò lacrimis, orationibus, jejuniis (est autem verissimum jejunium, cùm sobriè vivimus, cùm nihil facimus nequiter) flecti ac pacari soleat, tantò certè impensius rebus hujusmodi incumbere oportet, quantò magis DEI ope atque au-



xilio nunc indigemus. Hoc igitur (etiam id denuò, O STUDIOSI JUVENES, ad lubescit monere) agite, & à toto BACCHANALIORUM negotio, in quod tanto hætenus conamine inveci sumus, vos abstinete; & omnem hujusce generis voluptatum scenam tam impiam, quam ineptam & vanam detestamini serio, & tanquam nullo unquam tempore revocandam abjicite. Sed & cæteras nequitiarum ac petulantia artes, quas cæteroqui nimium quantum exercere nonnullis ex ordine vestro lubido est, cane pejus & angve fugite. Inaudite non ita pridem contigit, ne quidem per vos incolumi quietaq; templo licuisse exire honoratissima clarissimaq; Fœminæ, & vel Cos, uxori; sed adeò abs vobis insultatum eidem fuisse, uti sacro functam officio, & ad domum properantem suam, (vespera erat) circumcingeretis, hinc inde pelleretis, vel ipsâ nive tumulaturi, ni accurrissent, qui anxiam pressamq; juvarent; fuissetq; vel ipsis ex vobis, qui enormitate rei motus cæteros in viam revocavisset, suppeditassetq; de mittendâ innoxia, suasq; eunte vias Fœminâ, consilia. Nos profectò vel referre pudet flagitiû. Vos multò pudere debebat magis cogitare, ne dum committere. Inquisitum sic satis studiosè in Auctores facinoris est. Sed hætenus quidem nequicquam. Quod si felicior indago Duces nequitia manifestaverit, dabimus operam, uti quivis intelligat, non impunè laceffitâ eam fuisse abs STUDIOSIS Fœminam, quam vel ipsi Rustici Cerdonesq; non irreverenter tractarent. Hæc studia nonnunquam sunt vestra, O NOSTRI; quin sæpenumero istis etiam deteriora. Quibus profectò vacare nec poteratis, nec debebatis, nisi ab honestatis virtutisq; tramite resilire sederet utique imò figeretur sententia. Nam quibus pudor inest, ac decori amor, ii tale quippiam nil temore patrabunt. Aut qui operib<sup>9</sup> carnis renunciaverunt semel, certò sibi persuadebunt, quicquid ex iis attigerint rursus, id omne idololatriam, & sacrilegium, & perfidiam fore.

*P. P. Sub sigillo Rectoratus, ipsò ESTO MIHI Dominica,  
Anno recuperatæ gratia cIo Ioc LXV.*

pra omnes Tragœdiarum atrocitates  
duntur ludi. Quos cùm ita spectemu  
amus assiduè, ne & ipsi protrahamur  
nunc imponantur, quas alii sustinueru  
ejulandiq; partes; decebit utiq; magis  
pictâ veste indui; squalere lacrimis fac  
turpari; precibus, lamentis, gemitibus  
ticis, jubilis indulgeri. Omnium au  
puèq; novâ emendatâq; vitâ opuserit.  
criminum licebit effugere, si non ipsa  
aut temporum mutare statum, nisi no  
antè. Questuum lacrimarumq; utcunq;  
sit atque efficacia, nil tamen iis ipsis pro  
prostratus humi, suiq; pertæsus animus  
cretur errores veteres, & diligenter sibi  
futurum adeò nil nisi sobrium sanctum  
gitans, & ipso deinceps opere sedulò ex  
pœnitentiæ fructus speret, ubi vera pœn  
rò ubi nulla est emendatio, pœnitentia  
Optimus proin errantibus hucusque no  
tatio consilii in melius, Ita demum irati  
petrabimus; ita instantium malorum  
lemus. Quapropter agite, CIVES A  
præcipuè, JUVENES STUDIOSI, ita u  
moresq; vestros conformetis, sicut dec  
Magistrum ac Ducem, non verò Satanam  
nequiriam, ad libidines, ad intemperant  
ille ALTER ad sobrietatem, ad sanctimo  
am & puritatem vos vocet. Denuò mon  
quæ tempora sint, quæ rerum conditio.  
DEUS iis, quæ diximus, studiis, id est, ema  
verò lacrimis, orationibus, jejuniis (est  
jejunium, cùm sobriè vivimus, cùm nih  
flecti ac pacari soleat, tantò certè impen  
modi incumbere oportet, quantò magis

passim lu  
uti metu  
, & nobis  
e lugendi  
us, quàm  
a personâ  
reis, can  
nè præci  
impœnas  
gerimus;  
averimus  
roqui vis  
anè, nisi  
ui & exe  
eat, ac in  
ecum co  
uis enim  
est? por  
imè fuit.  
erit, mu  
acem im  
n dispel  
I, Vosq;  
stituatis,  
RISTUM  
, qui ad  
s quùm  
nocenti  
rdamini  
maximè  
itâ, dein  
issimum  
equiter)  
ujusce  
que au

